

760
404

D. D.
Dissertatio Botanico-oeconomica

4931
c. 2.
In: 4848

DE
ESCA AVIUM
DOMESTICARUM.

174
05

QUAM
Consens. Exper. Facult. Medicæ.
In Regia Academia Upsaliensi,

PRÆSIDE

Viro Nobiliss. atque Generoso,

D: NO DOCT. CAROLO
V. LINNÉ,

S. R. M. ARCHIATR. EQ. AUR. DE STELLA POL. MED. ET BOTAN.
PROF. R. O. ACAD. PETROPOL. IMPER. N. C. PARIS. HOLM. UPS.
LOND. ANGL. FLOR. BEROL. MONSP. TOLOS. BERN. EDINB.
NIDROS. CELS. PHILADELPH. ZELAND. MEMBRO.

In Audit. Carol. Maj. D. Nov. 1774

Horis a. m. solitis,

defendet

Auctor & Respondens

PETRUS HOLMBERGER *Alumnus Regius.*
Ostro-Gothus.

UPSALIÆ.
Typis EDMANNIANIS.

S:Æ R:Æ M:TIS

MAXIMÆ FIDEI VIRO

NOBILISSIMO ET GENEROSO

D: NO GUST. ADOLPHO
SCHMITERLÖW,

TRIBUNI LEGATO

ORDINISQUE ENSIFERI EQUITI AURATO,

MECÆNATI SUMMO ÆTERNUM
COLENDO

SACRUM.



§. I.



olidius, certius ac infallibilis PERFECTISSIMI ENTIS existentiae, omnipraesentiae, sapientiae & providentiae testimonium, ope rectae rationis acquisitum, non datur, quam res creatae, omni nostra admiratione dignae.

Animalium Mammalium, Avium, Piscium, &c. diversi habitus, mores, oeconomia & corporum structura, attentionem nostram maxime quidem excitant, neque iudice, mentibus nostris, dulcedinem nescio quam infundunt; natura autem in minimis praestantissima est.

Non omnes eae partes in Insectis occurrunt, quibus animantia majora gaudent; Sed hoc non impedit, quo minus haec animalcula, aequae ac immensi Elephantis, se movere, respirare, sentire atque omnibus, eis concreditis officiis fungi possint;

Et sane, secundum nostrum iudicandi modum, artificium plus quam stupendum est, Animalculum oculorum aciem fugiens, immo saepissime optimis Microscopiis vix visibile, omnibus illis organis a DEO instructum esse, quibus vitam agere injunctaque munera administrare valet.

A

Plan.

Plantæ etsi vita sensitiva careant, cum animalibus tamen sæpe, quoad varias proprietates, certant; Caput igitur cerebro vacuum certe habet, qui, subtilissima vasorum compositione & dispositione perspecta, SUMMUM NUMEN, illarum ut & totius universi, AUCTOREM & RECTOREM, omni, qua par est, veneratione non prosequitur.

Nobis autem in mentem revocantibus, quod in mundo hoc sublunari, plura millia Insectorum, numero reliqua animantia superantium, reperiantur; quodque hæc, inaudito fere modo, speciem suam multiplicent: ita ut *unica (PHALÆNA prolella) secundum Reomurium, quotannis circiter 200 000 individua proferat*: lubens prætereo TIPULARUM, MUSCARUM, CULICUM ARANEARUMQUE progeniem incredibilem. Quis sine maxima admiratione hæc omnia contemplari potest?

Hominis ideo ratione præditi est, perspicere, cur tantam foecunditatem huic classi, DEUS Sapientissimus nihil frustra faciens indiderit aut quænam utilitas ex illis colligenda sit? inspidum enim foret, tantam multiplicationem, nulli, præter propagationem, commodo futuram, naturæ tantum lusum credere. Quanta copia seminum in multis plantis reperitur? E. g. in capsula PAPAVERIS circiter 32000, in NICOTIANÆ autem 40 320 semina numerantur.

Hæc tam superflua semina, necessaria apud plerasque non essent; nam radicibus, bulbis, caulibus, ramis & sic porro, speciei suæ conservationem procurant: & si ex unico semine, verbi gratia, VERBASCI vel HYOSCYAMI, tam multæ orientur plantæ fertiles, intra paucos annos, magna pars terræ venenatis hisce plantis esset oblecta: & sic in ceteris: hoc tamen non fit.

§. II.

Experientia, fundamentis veris innixa, tutissima illa Scientiæ Naturalis magistra, solidissima argumenta præbet, quod & Insecta & fructus plantarum, eam ob causam fere innumeri sint, inprimis ob propagationem, deinde ut plurimis quadrupedibus & Avibus multisque Amphibiis & Insectis cibo inservirent; Si enim hæc Animalia, hoc cibo destituerentur, totus hic cohors fame periret, quod fini intento repugnat.

CORVUM Picam, saltatricem istam & garrulam avem, videmus SCARABÆOS e fimo carpentem, deficiente autem hoc nutrimento sedulo PECORA & EQVOS insequentem, ut delicias suas occurrat.

Observatione etiam dignum, quod CANIS Vulpes ac URSUS Meles SCARABÆIS stercorariis delectetur.

PICUM viridem FORMICAS rufas deprædantem, foraminaque in acervis, hieme, rostro terebrantem, attentus quisque cernit.

LOXIAM Pyrrbulam, semina ARCTII Lappæ & ARTEMISIÆ Absinthii colligentem, nec non HIRUNDINEM domesticam, PHALÆNAS & APES melliferas volantes venantem, propriis oculis vidi.

LACERTA agili, cultro anatomico subjecta, CICINDELLAM campestem, GRYPILLUM biguttatum & PHALANGIUM opilionem ab ea devorata esse, similiter observavi.

In RANÆ Bufonis ventriculo aperto, DERMESTEM pedicularium, CHRYSOMELAM politam, CARABUM latum, CARABUM vulgarem, ELATEREM sanguineum, ELATEREM murinum, VESPAM vulgarem, ARANEAM labyrinthicam, SCOLOPENDRAM Laguram & JULUM terrestrem, quoque vidi.

RANA temporaria semina plantarum aquaticarum de

glutit. *ASILUS* crabroniformis *GRYLLUM* biguttulum, ut *ASILUS* gibbosus *VESPA* vulgarem corneis maxillis necat, ut plura exempla reticeam. Omnia denique animalia, certo, naturæ eorum convenienti cibo, pascuntur, quem transgredi pro lubitu non licet, sub poena morbi aut mortis: Si enim unicuique permillum esset, quæcunque edere, reliqua fame perirent, totaque rerum series perverteretur. En providentia divina!

§. III.

Experimenta, quæ in PANE SVECICO A: no 1749 sub auspicio D: NI PRÆSIDIS fuere instituta, aniam mihi præbuerunt, additis ultra 2000 novis observationibus eidem dissertationi, periculum faciendi, in experiundo alimento Avium domi alitarum, hancque Materiem *SPECIMINIS ACADEMICI* mei eligere constitui.

Universam hujus orbis compagem, varietate se jactare constat. *Animalia quadrupedia domestica magis minusque lubenter varias plantas consumere, ceteras respuere novimus: ab aliis maxime abhorrent. E.g. EQUO NYMPHÆÆ luteæ radicem odorante, rouchos edit vehementes: Si autem ea in præsepio ponatur pabulum omne, licet maxime famelicus sit, rejicit: ita ut hæc radix PRUNO Pado & LYCOPODIO Selagine, detestabilior ei sit.*

Tetraones baccarum & seminum magnam partem consumunt, ceteris relictis. Inde igitur tuto concludere possum, quod Avibus domesticis cicuratis, non tantum Allium, Urtica & Grana contusa in usum destinata sint; sed & varia plantarum & seminum genera: & quamvis Anseres, Anates & Gallinæ Urticam non sponte foras adtingant, fame tamen coactæ & granis Hordei pellectæ, naturæ earum non convenientem cibum arripere necessum habent. Hinc forsan multi harum Avium pulli in infantia sua moriuntur.

Igno-

Ignorantia, negligentia & majorum mala ista convetudo, inimicissima pestis, progressus omnis tam in Oeconomicis quam aliis Scientiis, hujus causa primaria est.

Quantum mihi constat, ne unicus quidem, Insecta Svecana, contemptui rudis plebis obnoxia ac plantas indigenas harum Volucrum usui inservientes, curam experiendi in se suscepit; viam igitur spinis obsitam incessi; quid igitur mirum, si opus omnibus numeris completum absolvere non licuit?

Impedimenta obvia quantum ad me removi: ter aut quaterhis Avibus Insecta & semina projicere, insufficientem observationem esse duxi: decies immo interdum bis decies, omnia experimenta sunt iterata.

Hæ enim Aves, experimentum instituenti non adsvetæ vel fame aliisque affectionibus laborantes, curiosum facile decipere queunt.

Quam proficuum totius regni Oeconomis! Quanta nunquam satis laudanda parcimonia! Si subsequens catalogus, si non omnis, quædam tamen pars in usum destinatum adhiberetur, nec semina sine fructu deciderent: major sane numerus harum Avium, pro natura & indole cujuscunque generis, tum ali posset; natura enim uti sapientis est, hujusque regimine ducti, omnia consequimur.

Præterea verissimum est, quod ultra plura millia Modiorum Avenæ & Hordei per totam Sveciam, ab his Avibus consumantur, qui sumtus, horum feminum usu, valde diminueretur prorsusque tandem evanesceret.

Plures & fere omnes plantæ disquisitioni nostræ subjectæ, ubique sponte & copiose crescunt paucarumque semina SECALIS Cerealis minora sunt: Insecta vero, omni loco fere occurrentia.

Sed recensio subjungenda est.

Anas Anser domesticus.

Anas Boschas domestica.

Pbasianus Gallus.

Melengris Gallopavo.

INS. COLEOPT.

| | | | | | | |
|----|------------|-----------------------|---|------|------|---|
| 1 | SCARABAEUS | stercorarius | ○ | ○ | ○ | - |
| 2 | - | - | - | - | I | - |
| 3 | - | - | - | I | I | I |
| 4 | LUCANUS | cervus. <i>a</i> | ○ | I, ○ | ○ | ○ |
| 5 | SILPHA | rugosa. <i>b</i> | - | - | I | I |
| 6 | COCCINELLA | bipunctata. | - | - | I | - |
| 7 | - | septempunct. | - | - | I | - |
| 8 | - | 14 guttata. | - | - | - | I |
| 9 | CHRYSOMEL. | Alni. | - | - | I | I |
| 10 | - | polita | - | - | I | - |
| 11 | - | marginella. | - | - | - | I |
| 12 | - | quadripunct. <i>c</i> | - | - | ○ | - |
| 13 | CURCULIO | argentatus. | - | - | I | I |
| 14 | CERAMBYX | coriarius. | - | - | II | - |
| 15 | - | futor. | - | I | I | - |
| 16 | LEPTURA | aquatica. | - | I | I, ○ | - |
| 17 | - | melanura. | - | - | - | I |
| 18 | - | rubra. | - | - | I | - |

d 19

a) 4. Si maxillæ & pedes demantur, rostro quidem dentato eum commolunt; si non horrore corripuntur.

b) 5. Gregaria in cornibus foetidis & sub cadaverum ossibus hiemat.

c) 12. Avide quidem arripit hanc Gallus & rostro petit; sed intam relinquit.]

| | | A. | B. | G. | M. |
|----|------------|--------------------|----|----|--------|
| 19 | - | virginea. <i>d</i> | - | - | I - |
| 20 | - | collaris. | - | - | I - |
| 21 | CANTHAR. | fulca. <i>e</i> | - | I | - O |
| 22 | - | sanguinea. | - | - | - I, O |
| 23 | ELATER | fasciatus. | - | - | - I |
| 24 | BUPRESTIS | mariana. | - | I | - |
| 25 | CARABUS | violaceus. | - | - | I - |
| 26 | - | latus. | - | - | - I |
| 27 | - | vulgaris | - | - | - I, O |
| 28 | STAPHYLIN. | politus. | - | - | - I |

INSECTA HEMIPTERA.

| | | | | | | |
|------|---------|------------------------|-------|----|------|----|
| 29 | GRYLLUS | verrucivorus. <i>f</i> | II | II | II | II |
| 30 | - | stridulus | I, O, | I | I | I |
| 31 | - | viridulus | - | I | I | I |
| 32 | - | biguttulus | - | I | I | - |
| 33 | - | pedestris | - | I | I | - |
| 34 | CIMEX | baccarum | - | - | I | I |
| 35 | - | oleraceus. | - | - | I | - |
| g 36 | - | Hyoscyami. | - | - | I, O | O |

INSECTA LEPIDOPTERA.

| | | | | | | |
|----|---------|---------|---|---|---|------|
| 37 | PAPILIO | Rhamni. | - | - | O | I |
| 38 | - | Cardui. | - | - | O | I |
| | | | | | | 39 - |

d) 19 Gallus, ut sedulus Pater familias, escam cantu singulari, accurrentibus conjugibus monstrabat, illis autem hujus rei interdum parum sollicitis, ipse sumfit.

e) 21 Avidi pulli Meleagridum, hanc tamen rejiciebant.

f) 29 Grylli forsan omnes in deliciis ab his Avibus habentur; & quamvis mihi occasio non fuerit omnes experiendi, perfacile tamen creditum est, omnes ab illis edi. Maximopere quoque a Suis adamantur. Gallinae eridis quoque Gryllis pascuntur.

g) 36 Nec Gallus nec Gallopavo semina Hyoscyami edunt; non igitur mirum, si hunc repudiant.

| | | | A. | B. | G. | M. | |
|----|---|---|-------------|----|----|------|---|
| 39 | - | - | polychloros | - | - | o | I |
| 40 | - | - | c album | - | - | o | I |
| 41 | - | - | Virgaureæ. | - | - | o | - |
| 42 | - | - | Malvæ b | - | - | I, o | - |

INSECTA NEUROPTERA.

| | | | | | | |
|----|-----------|---------------|---------------|---|---|---|
| 43 | LIBELLUL. | vulgatissima. | - | - | I | I |
| 44 | - | - | ænea | - | - | I |
| 45 | - | - | virgo. | - | - | I |
| 46 | EPHEMERA | vulgata. i | - | - | I | - |
| 47 | - | - | culiciformis. | - | - | I |
| 48 | PHRYGAN. | phalænoides. | - | - | I | I |
| 49 | HEMEROB. | chryfops. | - | - | I | - |
| 50 | PANORPA | communis. | - | - | I | - |

INSECTA HYMENOPTERA.

| | | | | | | |
|----|----------|-------------|----------|---|---|----|
| 51 | TENTHR. | viridis. | - | - | I | I |
| 52 | ICHNEUM. | titillator. | - | - | - | II |
| 53 | VESPA | Crabro. | o | o | o | o |
| 54 | - | - | vulgaris | - | - | o |
| 55 | FORMICA | herculeana. | - | - | I | I |
| 56 | - | - | rufa. | - | - | I |
| 57 | - | - | fulca. | - | - | I |
| 58 | - | - | rubra. | - | - | I |

INSECTA DIPTERA.

| | | | | | | |
|----|--------|---------|-----------|---|---|---|
| 59 | TIPULA | rivosa. | - | - | - | I |
| 60 | - | - | crocata. | - | - | I |
| 61 | - | - | febrilis. | - | - | I |

62 MU-

b) 42 PAPILIONES lascivientes & instabiles in Gallorum difficulter volantium usum forsân non destinavit Summus Craator.

i) 46 Siccatam quoque consumunt.

Apes bombinatrices relinquuntur a Gallis, Gallopavonibus & forte reliquis Avibus domesticis.

Ova & larvæ 55, 56, 57, 58, a Gallis & Gallopavonibus etiam consumuntur.

| | | A. | B. | G. | M. |
|----|-------------------------|----|----|----|------|
| 62 | MUSCA bombylans. | - | - | - | I, O |
| 63 | - - myftacea. | - | - | O | O |
| 64 | - - femorata. | - | - | - | I |
| 65 | - - Cæfar. | - | - | I | - |
| 66 | - - carnaria. | - | - | I | II |
| 67 | - - domestica. <i>k</i> | - | - | I | I |
| 68 | - - fcyballaria. | - | - | I | - |
| 69 | - - florefcentiæ. | - | - | I | - |
| 70 | TABANUS arcticus. | - | - | I | I |
| 71 | CONOPS calcitrans. | - | - | I | - |
| 72 | - - macrocephala. | - | - | O | O |
| 73 | ASILUS tipuloides. | - | - | - | I |
| 74 | BOMBYL. medius | - | - | I | - |

INSECTA APTERA.

| | | | | | |
|----|-------------------|---|---|---|---|
| 75 | ARANEA diadema. | - | - | - | I |
| 76 | - - domestica. | - | - | I | - |
| 77 | - - labyrinthica. | - | - | I | I |
| 78 | SCOLOP. Lagura. | - | - | I | - |
| 79 | JULUS terrestris. | - | I | O | - |

VERMES INTESTINA.

| | | | | | |
|----|----------------------|---|---|---|---|
| 80 | LUMBRIC. terrestris. | O | I | I | I |
| 81 | HIRUDO fanguifuga. | - | I | - | I |

VERMES MOLLUSCA.

| | | | | | |
|----|----------------------|---|---|---|---|
| 82 | LIMAX ater. <i>l</i> | - | I | - | - |
| 83 | - - cinerea. | - | I | - | - |

B

84

k) 67 Hanc rædiosiffimam Augufti mensis pedifequam, fasciculis, ex betulinis ramis confectis, & cremore lactis, saccharo aut aliis dulcibus liquoribus illinitis capere possumus & in usum harum Avium asservare; ficcata enim minime spernunt. Gestricii quoque coccineam colorem sericeis vestimentis, harum ut & aliarum Muscarum capitibus in mortario contusis, & aquæ calidæ immiffis inducunt.

l) 82 Sues hunc ut & LIMACEM cinereum summe appetunt, ac totas silvas naso odorante pererrant, ut eos investigent.

| | | A. | A. | G. | M. |
|------------------|-------|--------------|----|----|----|
| VERMES TESTACEA. | | | | | |
| 84 | MYA | piſtorum. | - | I | - |
| 85 | HELIX | Lapicida. | - | I | - |
| 86 | - | vivipara | - | I | - |
| 87 | - | nemoralis. | - | I | - |
| 88 | - | fragilis. | - | I | - |
| 89 | - | auricularia. | - | I | - |

SEMINA & FOLIA VEGETABILIIUM.

DIANDRIA.

| | | | | | |
|---|----------|--------------|---|--------|-------|
| 1 | VERONICA | agrestis. f. | - | - | I, O, |
| 2 | UTRICUL. | vulgaris. | - | I fol. | - |

TRIANDRIA.

| | | | | | |
|----|---------|--------------------------------------|------------|----|-----|
| 3 | PHEUM | prat. f. non spic. | I | - | - |
| 4 | MILIUM | effusum. f. & f. | II | II | II |
| 5 | AGROST. | spica venti f. | I panic. | - | - |
| 6 | - | canina. f. & panic. | I | - | - |
| 7 | AIRA | cespitosa. f. & panic. | I | - | - |
| 8 | MELICA | nutans f. | I | - | O O |
| 9 | POA | trivialis. f. & panic. ^{m)} | II | II | II |
| 10 | - | annua. f. & panic. | II | II | II |
| 11 | CYNOS. | criftatus. ⁿ⁾ | I spic. | O | O |
| 12 | FESTUC. | decumbens. f. | II | II | II |
| 13 | - | elator. f. | I | I | II |
| 14 | - | fluitans. f. | II f. & f. | II | II |
| 15 | BROMUS | secalinus. | II f. & f. | II | II |
| 16 | - | arvensis f. | II | II | II |
| 17 | AVENA | pratensis f. | - | - | I |

18 LO

^{m)} 9 Foliis 8 & 9 ab ineunte vere ad Autumni fere finem, omnes hæ Aves, imprimis delectantur.

ⁿ⁾ 11 CYNOSURI criftati femina contusa, Anati & Gallo tamen non placent.



| | | A. | B. | G. | M. |
|----|--------------------|------------|----|------|----|
| 18 | LOLIUM perenne f. | I | | I, O | I |
| 19 | - - temulentum. | II f. & f. | II | II | II |
| 20 | SECALE cereale. f. | - | - | I | I |
| 21 | TRITICUM repens. | I f. & f. | - | - | - |

TETRANDRIA.

| | | | | | |
|----|---------------------|------|------|------|------|
| 22 | GALIUM Aparine. f. | - | - | I, O | I, O |
| 23 | PLANTAG. media | I f. | - | I f. | - |
| 24 | ALCHEM. vulgaris. | I f. | - | - | - |
| 25 | POTAMOG. natans. f. | - | I, O | O | - |
| 26 | - - perfoliat. f. o | O | I, O | O | - |

PENTANDRIA.

| | | | | | |
|----|----------------------------|----|---|------|------------|
| 27 | PULMON. officinalis. f. | - | - | I | - |
| 28 | PRIMULA veris. f. | - | - | I | - |
| 29 | MENYANT. trifoliata. | - | - | I f. | - |
| 30 | LONICERA. Xylosteum. b. | I | I | I, O | I |
| 31 | SOLANUM Dulcamar. p. b. | - | - | I | - |
| 32 | RIBES alpinum. | I | I | I | I |
| 33 | CHENOPOD. urbanum f. | I | I | - | - |
| 34 | CHÆROPH. silvestre f. & r. | - | - | O | f. o. r. I |
| 35 | CARUM. Carvi. f. | - | - | O | - |
| 36 | VIBURN. Opulus. b. | - | - | I, O | - |
| 37 | ALSINE media. f. | II | - | - | - |

HEXANDRIA.

| | | | | | |
|----|-----------------------|-----------|--------|----------|--------|
| 38 | ORNITH. luteum. f. | - | - | - | I, O |
| 39 | CONVALL. polygonatum. | rr. b. f. | rr. b. | rr. b. O | rr. b. |
| 40 | JUNCUS. pilosus. f. | - | - | I, O | I |

B 2

41

o. 26 Ex observatione NOBILISSIMI PRÆSIDIS.

p) 31 Septem vel octo baccas Gallinæ ingurgitant, cæteras relinquant: illis tamen magis sapidæ sunt, quam bacca RHAMNI Fragulæ, quas Gallopavo omnino rejicit.



| | | A. | B. | G. | M. |
|-------------|-----------|--------------------|-------|----|-------------|
| 41 | - - | campestris. f. | - | - | I I |
| 42 | RUMEX | crispus. f. | - | - | - I |
| 43 | - - | Acetosa. f. | - | - | I f. & f. I |
| OCTANDDIA. | | | | | |
| 44 | VACCIN. | Myrtillus. b. | I | I | I I |
| 45 | - - | uliginosum. b. | o | o | - I, o |
| 46 | - - | Vitis idæa. b. | I | I | I I |
| 47 | - - | oxycoccos. b. | - | - | I - |
| 48 | DAPHNE | Mezereum. b. | I, o, | I | II I |
| 49 | POLYGON. | aviculare. f. & f. | II | II | II II |
| 50 | PARIS | quadrifolia. b. | o | o | I o |
| DECANDRIA. | | | | | |
| 51 | ARBUTUS. | Uva ursi. b. r | - | o | I, o I |
| 52 | SAXIFRAG. | granulat. f. | - | - | o o |
| 53 | STELLAR. | graminea. f. | I | - | - - |
| 54 | ARENAR. | serpyllifolia. | - | - | - I f. & f. |
| 55 | SEDUM | Telephium. r. | - | o | o - |
| 56 | AGROST. | Githago. f. s | I | - | I I |
| ICOSANDRIA. | | | | | |
| 57 | SORBUS | aucuparia. b. | o | - | I I |
| 58 | PYRUS | Malus pom. | - | - | I I |
| 59 | RUBUS | Idæus. b. | I | I | I I |
| 60 | - - | saxatilis. b. | I | I | I I |
| 61 | - - | Chamæmor. b. | - | - | o I, o |

q) 48 CANIS familiaris, CANIS Lupus, & CANIS Vulpes sex-baccis sumtis moriuntur: Anserem autem domesticum quatuor vel quinque, Gallum ultra viginti & Gallopavonem quindecim sine vitæ dispendio assumere vidi.

r) 51 Baccæ, pistillo ligneo leviter, ne semina confringantur, contrasæ & in aquam calidam missæ, tota autem massa denique filtro colata, igni exposita, & quantum sufficit evaporata, syrupum dulcem dant,

s) 56 Capsula matura, puro melle sapido repleta est; semina autem commolita & cribrata in pulmentis adhiberi possunt.



| | A. | B. | G. | M. |
|----------------------|----|----|----|----|
| 62 FRAGAR. vesca. b. | II | II | II | II |
| POTENT. Anserina. f. | I | - | - | I |

POLYANDRIA.

| | | | | |
|-------------------------------|---|-----|-----|-----|
| 63 CHELID. majus. | - | - | 0 | 0 |
| 64 ANEMON. nemorosa. | - | - | 1,0 | 1,0 |
| 65 RANUNC. reptans. f. & cor. | I | - | - | - |
| 66 - - repens. f. & cor. | I | - | - | - |
| 67 - - acris. f. & coroll. | I | - | - | - |
| 68 - - aquaticus. f. | - | 1,0 | - | - |
| 69 TROLL. europæus. f. | - | - | 0 | - |
| 70 CALTHA. palustris. f. | - | - | 1,0 | - |

DIDYNAMIA.

| | | | | |
|--------------------------|---|---|---|---|
| 71 AIUGA pyramidalis. f. | - | - | I | I |
| 72 GLECH. hederacea. f. | - | - | I | - |
| 73 LAMIUM purpureum. f. | - | - | I | - |
| 74 GALEOPS. Tetrahit. f. | - | - | I | - |
| 75 MELAMP. pratense. f. | - | - | I | - |

TETRADYNAMIA.

| | | | | |
|----------------------------|-------------|---|------|-------------|
| 76 THLASPI Bursa pastoris. | 1 f. filic. | - | 1 f. | 1 f. filic. |
| 77 SISYMBR. Sophia. f. | I | - | - | - |
| 78 - - Jrio. f. | I | - | - | - |
| 79 BRASSIC. Rapa. r. | I | - | - | I |

MONADELPHIA.

| | | | | |
|------------------------|---|---|---|------|
| 80 MALVA rotundifolia. | - | - | - | 1 f. |
|------------------------|---|---|---|------|

DIADELPHIA.

| | | | | |
|---------------------------|---|---|---|---|
| 81 ORGBUS tuberosus. f. t | - | I | I | I |
| 83 - - niger. f. | - | I | I | I |

2) 81 Sues terram late longeque effodiunt ad inquirendas radices hujus & TORMENTILLÆ erectæ.

| | | A. | B. | G. | M. |
|----|---------------------------|-----------|-----------|-----------|-----------|
| 83 | LATHYR. pratensis. | 1 f. & f. | - | 1 l. & f. | 1 l. & f. |
| 84 | - - silvestris. | I | I | I | I |
| 85 | - - palustris. f. | I | I | I | I |
| 86 | VICIA dumetorum. f. | I | - | I | I |
| 87 | - - silvatica. f. | 1 f. & f. | I | I | I |
| 88 | - - Cracca f. | I | - | I | I |
| 89 | ERVUM tetrasperm. f. | II | II | II | II |
| 90 | - - hirsutum | 1 l. & f. | 1 l. & f. | I f. | 1 l. & f. |
| 91 | ASTRAG. glycyphyllos. | 1 f. & f. | 1, 0, f. | I f. | I f. |
| 92 | TRIFOL. pratense. f. | I | - | - | - |
| 93 | LOTUS corniculat. f. & f. | I | - | - | - |

SYNGENESIA.

| | | | | | |
|-----|-----------------------|--------------|---|-------------|---------------|
| 94 | SONCH. oleraccus. | I f. | - | 1 r. & f. | 1, 0, r. |
| 95 | LEONT. Taraxacum. | I f. | - | 1 r. non f. | 1 r. f. 1, 0, |
| 96 | - - autumnale. | 1 f. cor. v. | - | - | - |
| 97 | LAPSAN. communis. | I f. | - | - | - |
| 98 | ARCT. Lappa. f. | - | - | II | - |
| 99 | CARD. lanceolatus. f. | - | - | II | - |
| 100 | ARTEM. Absinthium. | - | - | - | I f. |
| 101 | SENEC. vulgaris. | - | - | I | - |
| 102 | ANTH. arvensis. f. | - | - | - | I |
| 103 | CENT. Cyanus. f. | I | - | - | - |
| 104 | VIOLA mirabilis. f. | - | - | 1, 0, | - |

GYNANDRIA.

| | | | | | |
|-----|------------------|---|---|---|---|
| 105 | CALLA palustris. | - | - | I | I |
|-----|------------------|---|---|---|---|

MONOECIA.

| | | | | | |
|-----|-------------------|---|---|------|------|
| 106 | CAREX globularis. | I | - | 1, 0 | 1, 0 |
| 107 | PINUS Abies. f. | - | 0 | 0 | - |

DIOECIA

| | | | | | |
|-----|---------------------|---|---|-------|-------|
| 108 | JUNIP. communis. b. | - | - | 1, 0, | 1, 0, |
|-----|---------------------|---|---|-------|-------|

CRYPTOGAMIA.

| | | | | | |
|-------------------------|------|---|---|---|---|
| 110. EQVIS. fluviatile. | 1 f. | - | - | - | - |
| 111 POLYP. filix mas: | 1 f. | - | - | - | - |

LARVA.

| | | | | | |
|--------------------|---|---|---|---|---|
| 112 PAPIL. Urticæ. | - | o | o | - | - |
|--------------------|---|---|---|---|---|

Summa denique oblectatione NOBILISSIMUM D:NUM PRÆSIDEM de PHASIANO Gallo narrantem exaudivi; nempe quod varia femina lino immixta comedat, lini autem intacta relinquat. Jucundum sane spectaculum!

Experimenta igitur 388 institui, ex quibus constat.

| | | | | | |
|----------------------|-----|--------|-------|----|---------|
| ANSEREM domesticum | 63 | genera | edere | 7 | Species |
| ANATEM domesticam | 54 | . | . | 9 | . |
| PHASIANUM Gallum | 119 | . | . | 26 | . |
| MELEAGRID. Gallopav. | 98 | . | . | 17 | . |

Signorum Explicatio.

| | | |
|--------|---|--------------------------------|
| o | - | non editur. |
| 1, o. | - | interdum editur, interdum non. |
| 1 | - | editur. |
| 11 | - | libenter editur. |
| f | - | femina. |
| f | - | folia. |
| b | - | baccæ. |
| filic. | - | filicula. |
| l. | - | legumen. |
| r. | - | radix. |



1871

CLYDE

1871

KALVA

1871

...

...

...

8